

veri. Congregantur autem quasi in consilium unum, & quasi ad querendum consilium bonum; & dantur in commune consilium multa, sed inutilia, & vana; quia concilium vanitatis est; & totum eorum consilium de vanitate est. Suadent sumere vinum propter stomachum, somnum extendere propter cerebrum; carnem fovete, ne tibeat; corpus recreare, ne deficiat; abstinentiam aliquantum relaxare, quieti parumper indulgere. Et in hunc modum agitur de cura corporis cura superflua: & de vanitate ventilatur quaestio vana; & super huiusmodi negotio consumitur saepe dies integra. Rich. à S. Vict. Annot. in Pf. 25.

Animus jam totus directus ad caelum non facile recipit de terrena parte consilium. S. Valerianus Ep. hom. 18. de bono discipulo.

Heu! quot, & quantos, maledicta mundalium consilia supplantaverunt, & conceptum in eis per Spiritum Sanctum Dei Filium extinxerunt. Hac est illa potio misera, & mortifera, persuasio diabolica, quae in multis spirituum conceptum impedit; in plerisque conceptum jam per propositum formatum, vel per votum jam perfectum, interficit, & extinguit. S. Bonav. tr. de s. perfect. pueri Jesu.

Consilium sapientis est mutare.

Motivum Primum.

Deus, & Christus Dominus.

Poenitentiam me fecisse est. Gen. 6. 7. & delet, quem fecerat.

Ne, quos, dicunt Aegyptii, callide educit eos. Ex. 32. 11. Poterat Deus Moysi respondere excusanti scelus; quid mea refert, si obloquantur Aegyptii jam decies à me vapulantes; si audent blasphemis vocibus honorem meum impetere. Ego, postquam in eremo Hebraeos sepelivero, Nilo effuso, Aegyptios obruam. Nec Spes Abraham facta remove te possunt à supplicio in ingratum populum decreto: nam quod destinabam Patriarchis fidelibus & reverentibus, donare nolo contumacibus posteris, & idololatris. Hoc Deus non dixit; sed contradicentis argumenta comprobans, gladium vaginæ reddidit. Placuitque est Dominus, ne faceret malum. v. 14. Si Deus admittit considerationem adductam ab homine; poterit adeo superbus quicumque reperiri, qui non auscultet propositas rationes, & deliberata non mutet; quoties meliora, quam quae statuit, adducuntur? Olivat. 3. conc. 8. die 5. Ven. in Quadr.

Poenitentiam me, quod constituerim Saul regem. 1. Reg. 15. 11. & abiecit regno, quem regno praefecerat.

Aegyptum Ezechiam inviserat Ithaias dicens: praecipue domui tuae. revertere. 4. Reg. 20. 1. 5. Deus, quod dixerat, revocat. Et nos ea quoque revocare nolumus, quae inique statimus; hoc tantum nomine; quod ea statuerimus. An sapientiores Deo sumus, aut honoratiores? ut pudere nos debeat actum recisiorum? Idem ibid.

Miseratus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis; & non fecit. Jon. 3. 10. Sapientissimus Deus decreta retractat, & sententiam mutat: quod nos doceat; aliquando mutare sententiam, non sapientis decedere esse, sed elogium. S. Basil. Seleuc. or. 12. poenitentiam poenitentiam genuit. Homines immutavit, & Deus consilia retractat; homines lacrymantur, & Deus immutatur; lugent mortales, & decretum solvit immortalis. Naxera in Jos. 2. §. 37.

Non sum missus, nisi ad oves. Matth. 15. 24. quibus rationibus spem omnem praecidit. Nihilominus petente instantibus muliere, ait: fac tibi, sicut vis. Oliva t. 1. Conc. 14.

Quid est, quod me quaeritis. Luc. 2. 49. Nollet quari, sed Patris operibus insistere, & populi doctrinae. Nihilominus ad Mariae lacrymas voluntati ejus se tradit. Docuit, non inflexibiliter adherere consilio. Quis jam non erubesceret, obstinatus esse in consilio suo? quando suum Sapientia ipsa deseruit. Sic mutavit consilium suum; ut, quod jam tunc coeperat, ex tunc usque ad tricesimum aetatis suae annum, profusus dimiserit. S. Bern. ser. 3. de resurr. Baeza tom. 2. l. 11. c. 1. §. 15.

Nondum venit hora mea. Jo. 2. 4. Et statim jubet parari opus. Credo, primam voluntatem fuisse, & consilium, quo, non expectata matris intercessione, velle miraculum longius differre; juxta quod consilium recte dixit, nondum venit hora mea. At, post Mariae preces; fuit in illo alia voluntas. Sapientis enim est, novis attentis circumstantiis, variare consilia. Baeza t. 2. l. 11. §. 16.

Motivum Secundum.

Exempla hominum.

Ex Veteri.

Duo reges, Pharaon Gen. 12. 20. & Abimelech Gen. 20. 9. raptam Saram, cum furti poenitentia, Abraham remittunt. Poterat uterque studioso permittere, ut e palatio Sara elaberetur, nulla rapina extorratione; sed neutrum pudet, palam obrepam feminam, palam reddere viro suo, evocatis cunctis aule satrapis in

suos testes poenitentia. Ad eum non indecorum vel regibus est; palam factis, & verbis testari, errasse se, & exorbitasse à jure thori, & Dei lege. Abraham, qui Gen. 21. 10. Saræ repugnat imperanti extensionem Isaacis, & Agar; mox illi obsecutus est; non ejectionis tantum, sed sine opibus, sine servis, sine aëlo, expulsi. Oliva l. 6. Strom. §. Dominus meus, & Deus meus.

Cernens Asina Angelum stantem in via evaginato gladio, avertit se de itinere, & ibat per agrum. Num. 22. 23. &c. Non institit viae, quam semel fuerat ingressa; sed ubi, quod latebat antea periculum, novit; infueta gradi semita prudenter elegit; fatiisque duxit poenitentiam, quam pertinaciam. Naxera in Jos. 2. §. 37.

Poenitentiam revertere. 1. Reg. 26. 21. Vel Saul Davidis probitate perspecta, non modo ab eo insectando cessavit; sed stultè a se in eum procellam motam confessus est. Oliva l. 11. Strom. §. Revertimini &c.

Obsecro, ut novis epistolis veteres Aman litteras, insidiatoris, & hostis Judaeorum corrigantur. Esther 8. 5. Da mihi, non dico imperantem super centum viginti septem provincias, sed Coriolis praesidentem; qui scriptas à se litteras corripit patriatur. Oliva lib. 11. Strom. ibid.

Revertimini ad iudicium. Dan. 13. 49. Confertum erat totum iudicium omni jure servato &c., & tamen retractare sententiam, quaestionem repetere, unius ad vocem pueri: non indecorum rati palinodiam, ubi de fama pudicitiae agebatur &c. Oliva l. 11. Strom. ibid. unde fufus hoc ibi deductum.

Ex Novo.

Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Luc. 5. 21. Mox, viso sanati paralytici miraculo, magnificabant Deum. v. 26. Oliva lib. 6. Strom. cit.

Dominus meus, & Deus meus! Jo. 20. 28. Non crediturum se dixerat Thomas, nisi Christi vulnera suis manibus contrectasset; quibus tamen intactis, & credidit, & adoravit; felix propositi sui, & desensor, & transfuga. Tam salutaris est, à sua sententia discedere, ubi in meliora transitur. Oliva l. 6. Strom. ibid.

Quanta Dominus signa ostendit Paulo, ut convertatur Act. 9. 4. Ad Ninive convertendum satis erat una vox Jonæ Sic et ad David Nathan. Zelus Judaeismi in Saulo verti debuit in Zelum pro Christo contra Judaeismum: qui ante pro Judaeis disputavit, nunc pro Christo. Sylv. in Apoc. 3. q. 58.

Dabo ei sedere mecum in throno meo. Apoc. 3. 21. Promittitur huic Episcopo specialis honor, quia provocatur ad difficilem virtutem, retractationem sententiae suae. v. 17. diversum. Hinc laude dignissimum Augustinus scribens libros Retractionum. Sylv. hic.

Varia alia Motiva.

Salus autem, ubi multa consilia. Prov. 11. 14. Non solum ad salutem conducit bonitas consiliorum; sed & numerus. Ille sibi salutem promittit, qui non unum solum consilium habet, sed multa alia, quae pro rerum occasione possunt variare. Baeza t. 2. l. 11. c. 1. §. 16.

Mannus illius plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Rich. à S. Vict. Iapis iste cum aura mutatur. Sic sunt boni, quia pro tempore mutantur, sed ad coelestium conversiones.

Observat Albertus Magnus, quod nullum alium Christum traxit ad se per longum sermonem, ut Nicodemum. Jo. 3. 1. &c. Uno verbo vocavit pificatores. Matth. 4. 19. Erat scilicet Nicodemus Magister in Lege, senio confectus in suis opinionibus. Sylv. in Matth. 5. q. 7.

Romani maximus author Tullius eloquit, nullum unquam verbum, inquit, quod revocare vellet, emisit. Quae quidem laus, quamvis praclarissima videatur; tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. S. Aug. ep. 7.

Numquam errari tutius existimo, quam cum in amore nimio veritatis, & refectione nimia fallitatis, erratur. S. Aug. l. de mendac. c. 1.

Nihil peccare, solius Dei est; emendare, sapientis est - id tamen difficile: quid enim tam rarum, quam ut invenias virum, qui seipsum coarguat, & factum condemnet suum? Itaque rara poenitentia repugnat enim natura, repugnat verecundia. S. Ambr. ep. 3. ad Simplicianum.

Sapientis est mutare consilium. Optima constantia, quae non concepti semel erroris, sed rationis affecta est. Nonnumquam protervitas, pertinaciaque, constantia titulum falso sibi vendicat. Non est constantia, sed obstinatio; quae, etiam si ratio appareat, aut se oculis veritas, ingerat, ceptis insistit; quaeque honestis iudicet, errores ceptos tueri, quam consilium mutare. Illa vox quod scripsi scripsit, superbum redolere, non sapientem. Quod bene scriptum erat, nullis precibus, nullis artibus erat delendum; sed hoc, non quia scriptum, sed quia iuste scriptum. Naxera in Jos. 2. §. 37.

§. X.

§. X.

Consiliorum.

Num. I.

Bonorum Symbola.

Fecit me quasi patrem Pharaonis. Gen. 45. 8. idest, rectorum, consiliarium, moderatorem. Sic rex Tyri suum consiliarium intimum, putà Hiram, vocat patrem suum. 2. Par. 2. 13. Cornel. in Gen. 45. Si oculus tuus dexter. Matth. 5. 29. Non incongrue dexter oculus potest accipi, dilectus amicus, & Minister in divinis operibus, & in divinis rebus consiliaris; cui non est precandum, ne abiciatur; si nos vult scandalizare. Ven. Beda hic.

Viginti quatuor seniores. Apoc. 4. 4. Pineda in Job 19. n. 3. cenfer, in his 24. Senioribus, qui sunt quasi Seniores, & consilii Sapientiae divinae, notari, quales esse debent principum consiliiarii. I. Senes sint, qui prudentia pollent, II. Ut sint circumamicti vestimentis albis: ut scilicet sinceritate, & candore animi, pollent; nullaque cupiditas, aut metus, rectum iudicium depravat. III. Ut habeant coronam in capite, hoc est, praediti sint libertate, & animo regali; ideoque non obsequantur cupiditatibus principum; sed libere, quod rectum est, pronuntiant. Corn. hic.

Num. II.

Consiliiarii boni.

Cor boni consilii statu tecum. Eccl. 37. 17. q. d. statue in tempore cor, quasi tribunal; imò oraculum boni consilii; ut, cum dubium, quid faciendum est occurrat; cor tuum quid factu sit opus, consulat. Ideoque in corde, quasi in tribunali, autem undequaque diligenter, & prudenter, in omnem partem ventiles. Cor enim tuum erit tibi dictator optimi consilii, quod tibi maxime erit conveniens. Ad hoc enim dedit Deus homini cor, seu rationem, ut eam sequatur, juxta illud Pl. 4. 7. signaturus est super nos lumen oculis tuis Domine. Corn. hic.

Et in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Eccl. 37. 17. Tertius hic est, summusque Consiliiarius, aliorum omnium auctor, & director, scilicet Deus. Primus enim est vir sanctus, de quo v. 15. cum vno salto asinus esto. Secundus est cor ejuque sapientis, & iusti, de quo v. 17. cor boni consilii statu tecum. Tertius hoc loco est Altissimus, qui idcirco invocandus est: ut & viro sancto, & cordi proprio, consilia sana suggerat. Ita fecit Moyses, Josue &c. Hinc olim multis in locis apud Christianos Seniores iurati ad Curiam prius sacramento Missae intererant. Unde etiamnum Sacella Curiae vicina, vel annexa, ac beneficia, omniue sacrificandi quotidie iis impositum, nonnullis in urbibus intenuerunt. Corn. hic.

Vocabitur Consiliiarius. Il. 9. 6. Haymo: Christus est Consiliiarius: quia ab ipso omne factum consilium procedit. Si haec in dubio, necis, quid eligendum? adi magni Consilii angelum: erit tibi instar columnae Hebraeorum; in deserto viam ostendet. Corn. hic.

Veni Joseph ab Arimathaea, nobilis decurio. Marci 15. 42. 43. Syr. honorabilis Senator. Cajet. honestus Consul. Franc. Lucas ex Græco: vir plus gravitatis, & dignitatis, Consiliiarius. Arimathaea: est phoenicum significat. Refert S. Hier. in cap. 17. Matth. quidam putant, de ipso primo Platino esse compositum: beatus vir, qui non abis in consilio impiorum. S. Epiph. or. de Jesu sepultura: facta ipsius ortum susceperunt. Et hic quoque facta, quibus involveretur, non defuere; myrrham suscepit natus; ut myrrham rursum & aloë suscepit in sepulchrum illatus. Ibi adfuit Joseph Mariae maritus; hic etiam Joseph ab Arimathaea desideratus non fuit. Partus in Bethlehem editus, in praesepio depositus est; in sepulchro itidem, ac in quodam praesepio, collocatus Christus est. Non ignobilis quisquam, aut ignotus erat; sed ex consilio unius, atque insignis. Unde fortitudo ejus maxima admiranda est, cum propter amorem Jesu periculum mortis susceperit, & universorum se odio tradiderit. S. Chrysol. homil. 89. in Matth. Sylv. in Jo. 19. Marci 15. c. 21. Sepultura.

Unde etiam panes. Jo. 6. 5. Cur Philippum signanter interrogat? quia illius vox est Jo. 14. 8. sufficit nobis: ille enim praclarus regis Consiliiarius, est, qui novit aliquando dicere, sufficit; qui plura habendi desiderio non tenetur. Baeza t. 2. l. 11. c. 2. §. 16.

Consilium in hoc do. 2. Cor. 8. 10. idiplum sepius asserit. Cur Paulus toties audet se Consiliiarium dicere? Philipp. 4. 11. ego enim didici, in quibus sum, sufficientes esse. S. Ambros. l. 2. offic. cap. 17. ideo boni vir consilii dicit, ego autem didici. Scilicet enim, omnium malorum radicem esse avaritiam; & ideo vix contentus erat, alienum non requirebat. Id. ib.

Alphonfus Rex dicebat: optimos Consilios esse mortuos; libros scilicet designans: à quibus sine metu, sine gratia, quae R. P. Spanner Poly. Tom. I.

nosse cuperet, fideliter audiret. Anton. Panormit. lib. 2. de dict. & fact. Alphonfus.

Ferdinandus secundus, dum de gravioribus negotiis consultandum esset, Consilios monuit: consilia sua ita tractarent, ut è re communi essent; ac rationem de iis aliquando coram tribunali supremi Judicis reddere possint. Lamormain in idea princip. Christ.

Num. III.

Consiliiarii mali.

Miser serpens ex ore suo. Apoc. 12. 15. Os diaboli, est os mali Consiliiarii. S. Bonav. l. 2. fer. 4. Pent.

Unus malus consiliiarius, plus quam decem piratae sunt; dicebat Anonymus Philosph. Vilnenf.

TITULUS XXX. CONSTANTIA.

§. I.

Figurae, Symbola, Allegoriz.

Num. I.

Indicatur per Vesperum.

Factum est vespere, & mane dies unus. Gen. 1. 5. Matutinum tempus antecedit vespertinum, videtur ergo potius dicendum factum est mane, & vespere. Stephan. Cantuar. in allegor. Tilmanni. bene post vespere sequitur mane: quia vespere significat perfectionem operis; mane autem inchoationem. Licet sis in virtutis perfectione, tamen sic te habeas, ac si tunc inchoares. S. Leo f. de jejunio: quantumlibet quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quod probator, & perfectior esse possit. Sylv. in Luc. 18. c. 31.

Cur primam diem describitur, à vespere incipit ad mane; cum diversum ordinem fervet natura? dies enim non à vespere, sed à mane sumit exordium. Cur ergo facer textus invertit ordinem? incipiens ab occasu lucis, & non ab ortu? Respondet Stephanus Cant. citatus modò: bene post vespere sequitur mane; quia vespere significat perfectionem, mane inchoationem: Unde

Cum consummaverit homo, tunc incipit. De Cassillo Illat. 114. Quid hoc? quod dicitur vespere est finis jam consummatus, imò ordinati, operis; mane autem incipientis, vel potius ordinandi operis. Sanct. Anselm. in Elucidario. Collegat Ruth in agro à mane usque ad vespere. Ruth. 2. 7. 17. quantum usque ad finem vitz actio iusta non debet excludi. Sim. de Cals. l. 6. c. 6.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, usque ad vespere. Psalm. 103. 23. idest, perseverabit in opere. S. Bonavent. hic.

Mane semina sementium, & vespere non cesset manus tua. Eccl. 11. 6. Olympiodorus sic exponit: virtutem aggressus, persevera usque ad finem.

Num. II.

Per Palmam.

Sicut palma multiplis diebus. Job 29. 18. Jussus ut palma floruit. Pl. 91. 13. Statua tua assimilata est palma. Cant. 7. 7. S. Ambr. l. 3. hexim. c. ultimum: palma virens semper manet conservatio, & diuturnitate, non immutatione foliorum: nam quae primo germinaverit folia, ea, sine ulla substitutionis successione, conservat.

Palma in novissimis, suis pulchra est. Ut initium ejus è terra educas, finem ipsius in cacumine, ubi habet totam pulchritudinem, vide. Aspera radix videtur in terra, pulchra coma sub caelo est. Erig ergo & tua pulchritudo in fine. S. Aug. in Pf. 91.

Per palmam significatur victoria: palma enim victores coronabatur. Per palmam significatur perseverantia: palma enim diutissime perseverat. S. Bonav. ser. 4. D. Palm.

Num. III.

Per fimbriam.

Omnis gloria filia regis ab intus in fimbriis aureis. Psalm. 44. 14. Fimbriae, finales vestimenti partes sunt; quae idcirco in sponsae Christi decore laudantur: quia nulla est virtutum gloria, si lucere ante vitz consummationem desinat. S. Greg. M. l. 6. in 1. Reg. 15. Fimbriae sunt finitima vestium; per quas hominum vita significatur extrema. Haec non deaurata, ut supra, sed nunc illi esse aurea possitur: quia in fine tota perfectio est; ubi charitas, non tantquam deaurata? conspiciatur, sed jam plenissima, tamquam aurea reperitur. Cassiod. hic. Per fimbriam, quae est finis vestis; significatur finis vite hominis; non ex capite aureo, idest, non ex initio vite bonae; gloriosandum est; sed potius semper emendandum. Et debet homo se acculare, & judicare, usquequo perveniat ad fimbriam.

brian. Et cum invenit eam esse auream, tunc gloriabitur in æternum. Quod bene notatur in serie hujus versus, cum dicitur: omnis gloria filie regis in simbris aureis, q. d. licet amicta sit varietatibus virtutum, & donorum; non tamen in his gloriatur, sed in simbris aureis, id est, operibus finaliter bonis. Hugo Card. hic.

Tertio simbram vestimenti eius. Matth. 9. 20. id est, si in fine ei similis inventa fuero. Hugo Card. hic. Per hanc simbram intelligunt Greg. Bern. Beda, perseverantiam. Ipsa perseverantia est omnium virtutum, & bonorum, ultimum fundamentum. Sim. de Cas. l. 5. cap. 34.

Num. IV.

Per stare.

Ipsi autem stabant erectis pedibus. 2. Paral. 3. 13. Stabant erecti pedibus Cherubim; quia à via virtutis, in qua, mox ut conditi, sunt positi, nunquam aberraverunt. V. Beda lib. de templ. Salom. c. 13.

Dixit, ut disperderet eos, si non Moyses etiam eius stetit in conspectu eius. Pl. 105. 23. id est, si non tanta constantia orasset. Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

Hominiis quidem stare; perseverare est in vigore animi, & observatione propoliti. S. Bern. de verb. It. serm. 5.

S. II.

Constantiæ varia alia Symbola,

Ex Veteri.

Ignis perfecti sunt caeli. Gen. 2. 1. Complevitque Deus die primo &c. v. 2. Dei perfecta sunt opera. Deut. 32. 4. nihil imperfectum relinquit; inchoat, & demum perficit. Utinam ad exemplum Creatoris, bona opera, que aggredimur, ad exitum perducamus. Fernand. hic sect. 1.

Tunc Dominus Deus hominum - ut operaretur, & custodiret illud. Gen. 2. 15. Duplex munus homini à Deo injungitur; ut operetur in paradiso, & ut illum custodiat. Operari, est terram colere, & ex agricultura victum conquirere. Custodire, est parata servare, ne peccent. S. Amb. l. de parad. c. 4. non idem est operari, & custodire: in opere enim quidam processus virtutis est; in custodia quædam consummatio operis, & quod consummata custodiat. Pinna in Eccl. c. 6. Ethol. 78.

Resque et tunica polyanthæ. Gen. 37. 7. In cistum bonum agit, si ante terminum vite deseratur: quia frustra velociter currit, qui, priusquam ad metam veniat, deficit. Hinc Joseph, qui inter fratres usque in finem justus, perseverantia describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Hinc est, quod Ex. 29. 22. per Moysen caudam hostiæ in altari offerri præcipitur: ut videlicet omne bonum, quod incipimus, etiam perseverantia sine compleamus. S. Gregor. mor. lib. 1. c. 20. Joseph inter reliquos fratres tunicam talarem habuisse describitur. Tunica quippe usque ad talum, est opus bonum usque ad consummationem. S. Eligius epist. hom. 11.

Sin autem paululum remississet, superabat Amalec. Ex. 17. 11. Nec vincere adversarium potuit, nisi postquam stabilis in signo allevatis jugiter manibus perseveravit. S. Cyp. de exort. MM. c. 8.

Si emeris servum, sex annis servies tibi; in septimo egredietur servus liber gratis. Ex. 21. 2. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat. S. Greg. hom. 3. in Ezech. cum tali veste &c. quia omnino necesse est, ut uniusquique nostrum, in hoc, quod incipit, perseveret; atque usque ad finem operis in ea, quam inchoavit, intentione perduret.

Faci que supra coronam auream per circumum. Ex. 25. 11. Representabat Arca, tabulas Testamenti continens, perfectissimos Legis observatores; qui ad unguem omnia mandata Dei servarunt. Undique victrix erat, quæ perpetuo victores referebat: non tamen undique, non in imo, non ad latera; sed supra in summitate coronatur. Quia, ut bene Galfidus, corona in summitate posita designat, quod finis in pugna coronat. Hinc Infernus hostiam ardenter fini foedando, nobisque deperendo, inhiat. Percussus tot plagis Pharo jam missionem populo concedebat: dummodo sibi græges retineret. Ad quem Moyses. Ex. 10. 26. cuncti greges præsentent nobiscum; nec remanebit ex eis unguis. Ad efficaciam resistentiæ usque dixisset, non remanebit ex eis pilus. Moyses tamen, qui in Pharaone demonem agnoscebat, & sub gregibus Fidelium congregationis, sapientius unguam denegavit. Cur ita? Stephanus Cantuar. hic: non remanebit unguis, id est, extremitas: quia diabolus semper insidiatur calcaneo, id est, finis hominis. Ramirez in ep. 2. ad Smyrn. Apoc. 2. v. 10.

Induebat Sacerdos talarem. Ex. 28. 15. Significans, quod debeat induere perseverantiam. S. Innoc. P. 3. de sacro alt. myst. l. 1. cap. 16. Tunica hyacinthina usque ad pedes vestiri; est bonis operibus usque ad finem vite insistere; præcipiente, ac promittente Domino. Apoc. 2. 10. esse fidelis usque ad mortem &c. V. Beda l. 3. de Tabernaculo c. 6.

Olim in foederibus adhibitus Sal. Num. 18. 19. 2. Paral. 25. 5. Levit. 2. 13. Nam sal, cum præter incorruptibilitatem, signum est incorruptæ, & constantis, amicitie; ut docent Lyr. Abul. Oleaster. Deus reconcilians sibi geni humanum, in Mundum misit Apostolos, tamquam sal; in Symbolum pacis, & foederis incorrupti. Sylv. in Matth. 5. q. 5.

Quidquid obtuleris sacrificii, sal conies. Levit. 2. 13. Sal significatur æterna durabilitas. Sal ergo est symbolum tum æternitatis Dei, quam per saltem protellabantur offerentes victimas salitas; tum integritatis, & incorruptionis animæ, & corporis, quam Deus in offerente exigit. Ea de causa olim hospitibus ante alios cibos apponebatur sal: ut scilicet sal significaretur amicitie firmitas, ac perseverantia. Quare multi gentiles omniforum habebant, si sal in mensa profundi contingeret: quasi per hoc amicitie everfio portenderetur; ut Pierius in hieroglyph. fals. Corn. hic.

Tunc surrexit. Job 1. 20. In verbo surgendi notatur firmitatis stabilitas, Hugo Card. hic.

Spiritus ejus eravit caelo. Job 26. 13. Cælum eris, & decoraberis à spiritu; si incorruptibilitatem habueris. Nec leditur, ne lassatur cælum; quidquid in illud incidit, perstat incorruptum. Oliva l. 3. Strom. hic. Cur non prata; in quibus ubertas tanta, & tantus decor? Isaac certo de Jacob loquens, & Christum præsignans, dicebat Gen. 27. 27. odor filii mei, sicut odor agri pleni. Et ipse de se sponfus; Cant. 2. 1. ego flos campi. Rursus steriles caeli sunt; agri fecundi. Prata modo florent, modo arent. Ubi rosas, & crocum, frumenta, & lilia, miraris; brevi sentes, regulos, & aspides, videbis. Tepente caelo virent; rigente hyeme squalent. Ad cælum, ut fultis primùm, semper emicat. Deus animas, licet ad pietatem pronas, molliores, lacrymis, & suspiriis calentes, non raro faldit: eam solùm ob causam, quod non duraturas in ardore noscit. Contra duros interdum diligit: quia duraturos novit. Oliva l. 9. Strom. hic.

Custodivi vias Domini; nec impie gessi à Deo meo. Pl. 17. 22. mox subdit. & eo immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea. v. 26. q. d. dixi de præterito, custodivi; nunc autem dico, quod perseverabo. Did. Nys. Vit. Abrah. l. 1. c. 7.

Estentur insula multa. Pl. 96. 1. Pulchre animas, quæ licet tentationibus agitate, stabilitate, & firmitate retineant, insulas appellavit, quas undique circumdat quædam malitiæ salugo; id est tantum allaspi non potest, ut æstu aliquo virtutis constantiam labefactet. S. Gregor. Nys. tr. 2. de inscript. psalmor. cap. 9. Insula in medio maris. Lem. Immobile tu mobilis.

Terra autem in æternum stat. Eccl. 1. 4. Olympiodorus censet: terram hic induci; ut quasi tellis, imò magistra, homine stabilior, & sapientior, redarguat hominum vanitatem, & inconstantiam. Accedit Hugo à S. Victore: quid est, quod terra stat? perseverat in eo, quod facta est; servat naturam suam; conditionem suam non desinit. Quod accepit, hoc retinet incorruptum. Quare igitur tu non stetit in eo, quod factus es super terram? Et rursus: aculta homo, & erubescet: terra stat; & tu stare non potes? Hinc collige, vanos esse homines, qui vano, & corruptibili Mundo incubant; utpote qui omnes eorum labores absunt; proude ac stolidæ columba non habet cor. Of. 7. 11. quæ, cum videat, ova, & pullos suos, ex nido semper auferri; quotidie tamen in novis ibidem ponendis laborat. Corn. hic.

Tigna domorum nostrorum cedunt. Cant. 1. 16. Cur hic tantum laudat supremas partes, cur non fundamentum portarum? &c. quia non est dignus laude, qui cœpit edificare, & non potuit consummare. De Ponte hic Exh. 18.

Ferculum, facti sibi rex Salomon de lignis Libani. Cant. 3. 9. id est, ut Sept. interpretantur, de rebus; & idque præ aliis arboribus, ob corruptibilitatem. Gilbert. l. 17. in Cant. de S. Paulo: quid imperabilis illo, quem nulla potuit adversitas separare à charitate Dei? Rom. 8. 35. Momentanea virtutes; & quæ ad horam subsistunt, mihi videntur non tam ligna, quam olivæ, quæ citò decidunt. Ramirez in ep. 2. v. 10.

Surge aquilo, & veni aufer, perfla horum meum. Cant. 4. 16. q. d. nolo spires Aquilo; at tu blande aufer veni; & lude cum floribus, tenerisque plantulis, tuo affatu exagita. Cur horro tuo aquilonem arceat? Invitat auferit? Aristoteles, aquilo ut magnus incipit, ita parvus desinit. Auferit verò contrà, ut parvus incipit, ita magnus desinit. Quod ergo sponfa aquilonem facessere, auferit verò advenire cupit, tale est: q. d. in hac vita parum referre, quod quis cum magno animo opus virtutis inchoet, si languide finiat. E contra verò nihil obest, remisse, ac debilitate, inchoasse; dum constantiter, ac fortiter abfolvas. Nihil est, quod invidere in hac vita cuiquam possis, præter unam bonæ mortis horam. Nimirum in fine cantatur gloria. Si ergo, qui volat, Salomon, ego fortunatus malim esse latro. Did. Nys. de convert. boni latr. §. 1.

Videamus, si floruit vites si flores fructus parvorum. Cant. 7. 12. Florent vineæ, cum mentes Fidelium bona opera proponunt; sed fructus non pariant, si ab eo, quod proposuerunt, aliquibus terroribus infirmantur. Non ergo intendendum est, si vineæ florent; sed

sed si flores ad partum fructuum convalescant: quia mirum non est, si quis bona inchoet; sed valde mirabile, si intentione recta in bono opere perdetur. V. Beda in exposit. Job. 33.

Omnia poma nova, & vetera. Cant. 7. 13. Animæ nostræ horti sunt, & pomaria; in quibus Christus earum sponfus obambulare cupit. Quod autem majorem inde voluptatem percipiat, fructus in his bonorum operum novi, & veteres, sint oportet: Si enim olim, heri, & nudius tertius; immò & hodie, aliquid opus bonum fecimus, hoc jam vetus est, & exolevit quodammodo; sed cras, & perinde & impostum semper nova alia producenda sunt. Beffzus D. 2. Adv.

Quasi lapis debet esse Christianus: in omni tribulatione non cadit, et si impellitur. Et si qua vertitur, nunquam cadit: Stantem te sic inveniat omnis casus. S. Aug. in Pf. 86.

Spiritus vira erat in rotis. Ezech. 1. 20. id est, teste Hier. Spiritus Sanctus. Quid in rotis videtur, ob quod in eis lux specialis præsentia solum statueret non reverteretur, cum ambularent, v. 17. per quod judis perseverantia exprimitur. Ostendit Spiritus Sanctus, qui in bono jugiter perseverant, summo per delectari, de Castilo. Illat. 64.

Signa Thom supra frontes. Ezech. 9. 4. Græcis, & Latinis, Thau erat symbolum vite, Theta mortis; immò judices notabant damno: litera Thau, liberandos Thau. Symbolicè: Thau est ultima littera Hebræorum (per quod finem Græci significat) & significat Christum: qui pro nobis factus est vira-um novissimus in cruce. Il. 51. 3. Multi psalmi inscribuntur Vincentis; quod Sept. vertunt, in firmo. Significat etiam limitem; & consummationem: significatque perfectos in charitate & consummatos in virtute. Corn. hic.

Ex Novo.

Ubiunque prædicatum fuerit hoc Evangelium &c. Matth. 26. 13. Cur huic undam in Bethania promittitur predicatio in toto Mundo, non verò primæ. Luc. 7. 38. Orig. hom. 35. Si volumus ut & de nobis dicatur, quod factus in Jesu, effundentes pretiofum unguentum super caput ipsius; proficiamus, ab unctio- nem pedum ejus, ad effundendum pretiofum unguentum super caput ejus. Ita ille. Meritò non in prima Magdalene conversione, & virtutum incunabulis, id promittitur; sed quando perfectior sublimioribus virtutibus verticem Domini ungit. Sylv. hic quest. 14.

Lumen ardens in manibus vestris. Luc. 12. 35. Baptizatis accensus cereus datur. Parum refert, si multum vite spatium consecimus. Videndum, an candela timoris Dei nobiscum sit, & ad finem usque vite nos comitetur. Hoc est: serva timorem illum, & in illo vetera. Eccl. 2. 6. P. Octavianus hic.

Erant lapides hyrcis sex positi. Jo. 2. 6. S. Bern. l. 12. ex parvis: lapides, dicuntur pro fortitudine; nè facile frangantur, & effundatur liquor gratiæ, qui in eis continetur.

Vidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput, & unum ad pedes. Joan. 20. 12. Cur non uterque ad latera; sed unus ad caput, & alter ad pedes? Galfidus hic: meritò duos vidisse angelos, unus ad caput, alterum ad pedes, perhibetur: nam & ad pedes Domini unguentum fudebat, & ad caput. Et ad pedes aliquando ferverat, & nunc sedit ad caput. Fleverat prius sui confusionem; sed nunc flebat Dominicam passionem. Meritò viderat duos angelos, quæ sola ad monumentum stans duos Discipulos vicit. Meritò unum ad caput, & unum ad pedes vidit: quæ in eo, quod pie cœpit, pie perstitit, & permansit. Quasi dicant angeli: perseverasti Maria, rectum virtutis ordinem tenens, principium ad pedes Christi, oleum, & lacrymas, fundens, posuisti: non desististi, donec caput Domini ungens, ipsamque nobilioris originis lacrymas irrigans; ad finem pii operis pervenisti. Non potest hac perseverantia non consequi, quod desideras: ecce ad locum capitis, & pedum, hilares, & devotus, confidens: quasi adhuc unguenti illius tui, quod olim illis infuderat, odore recreari; perseverantiam, quam adhuc constantem retines, dum sedula inquiris, commendantes. Ramirez in ep. 2. v. 10.

Petra autem erat Christus. 1. Cor. 10. 4. Quia Petra dicitur Christus, eam nobis id nomen afferet utilitatem; ut rectam vivendi rationem firmam, ac stabilem, teneamus; & in rebus adversis fortiter perseveremus constantes firmos adversus peccati impetum omnem strenuos, atque invictos omnes præstemus. Ex his enim rebus, & aliis hujusmodi, nos item erimus petra, in natura fragili firmum, & immutabile, Domini pro viribus imitantes. S. Gregor. Nys. de perfect. Christian.

Pedes ejus similes auribulo. Apoc. 1. 15. V. Beda, Ambros. Anselm. pedes Christi sunt Fideles, qui vivunt in fine Mundi tempore Anti Christi; durabuntque in igne persecutionis, quasi in camino, fortes, & constantes. Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Vides cælum hoc? quàm pulchrum, quàm amplum, quàm magnificum sit; quantum edurate poterit temporis. Jam enim quinque millia annorum, atque etiam plus servatur, & con-

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

stat; nec tamen longo temporis spatio effectum est, ut fenescat; sed ad corporis modum, adolefcentis robusti foret, vigetque ætate: & quam principio sortitum est pulchritudinem, tandem in regerimam servat; nulla ex parte factum deteriori tanto spatio temporis. S. Chryl. hom. 3. de incompreh. natura Dei.

Quadratus lapis sex æqualia habet latera; in quod horum ceciderit, firmiter jacbit. Sic providendum est viro justo, ut in suo perficit proposito. Hujus autem latera sex hæc sunt: prosperitas, adversitas, sui libertas, subjectio, in secreto esse, & in publico: in quibus singulis si à diabolo impellatur, stet; nec à proposito moveatur. S. Anselm. lib. de similit. c. 173.

Perseverantia assimilatur Lauro I. ob viriditatem: quia suo virore, nec hyeme, nec æstate, spoliatur. Sic perseverat homo in bono; ut nec hyeme adversitatis, nec æstate prosperitatis, virorem virtutis amittat. II. Ratione dignitatis: laurus enim dicitur à laude; eò quod ejus ramis, & foliis, cum laudibus victorum capita olim coronabant, ut dicit Idorus. Sic sola perseverantia est, quæ laudem, & coronam meretur. Geminiani de similit. l. 3. c. 61.

Constantiam præfici pingebant in rupe stantem allis marius fluctibus, cum Lem. Eadem sum semper.

Obeliscus, cui alas agglutinate. Lem. Immobiles, Andree Sfortis Marchionis Palavicini; qui proposuerat, vel si alas ipsi adderes, à constantia sua nunquam dimoveri.

Sol Lem. Hinc non recedam. Semper idem sum eodem. Seneca ep. 31. Proferre; & ante omnia hoc cura, ut constites tibi. Quoties experiri voles, an aliquid actum sit, observa, an eadem velis hodie, quæ heri.

Stella fixa. Lem. Omnis expertus motus. Columna. Lem. Tantum volutus umbra. Amarantus. Lem. Nec gelus, nec æstus. Adamas. Lem. Nec mollis, nec frangor. Picicelli.

S. III.

Constantia Motiva.

Motivum I.

Beati constantes.

Benedictus in filiis Afer &c. Sicut dies juvenutis tuæ; ita & senectus tua. Deut. 33. 24. 25. Afer Hebr. beatitudo. Ad lectorem usque imperturbatus incedit, qui beatitudinem consequi vult. P. Octavian. in Eccl. c. 11. v. 21.

Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum. Pl. 1. 1. Non dixit, qui non abijt, sed abijt: non enim ille, qui in vita est, beatus est predicandus ob exitum incertum, sed quocumque opus absolvit, vitamque sine certo clausit. S. Basil. hic.

Quis requiescet in monte sancto tuo? quis requiescet sine macula, & operatur justitiam. Psal. 15. 1. 2. S. Basil. hom. 3. hic. attende exactam dictionem. Non dixit, qui ambulavit, sed qui ambulat; non qui ferit justitiam, sed qui facit. Non enim unius actus percipit virtutis studiosum operatorem; sed per omnem vitam prorogari, & extendi, convenit virtutis actiones; ut in bono perseveret homo usque ad finem, salvus fiat.

Beatus ille quem invenit ita facientem. Luc. 12. 4. Non quod ita fecerit; sed quod ita perseveret faciendo. Cajet. hic.

Motivum II.

Sola Constantia laudatur.

Et vidit Deus, quod esset bonum. Gen. 1. 12. Ita dicitur post singula creationis opera; sed post creationem hominis omittitur. Cur? S. Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. c. 24. quia homo nondum erat perfectus: nondum enim erat in paradiso constitutus. 2. quia præciebat eum peccatum. Corn. hic.

Tunc cecinit Moyses. Ex. 15. 1. quando & ipse, & populus, in litore jam liberi extiterunt; non autem, quando erant in mari: ut intelligamus, quia, quandiu in hujus vite fluctibus navigamus, canere omnino non debemus; donec in firmitate littoris simus, hoc est, æterna vita perfruamur. Jo. Cluniac.

Sapientia foris præliat: Prov. 1. 20. Pro prædicator, Hebr. est jubilat; Sept. hymnizatus: id est, canit, & laudat; vel passive hymnizatur, canitur, laudatur. Idem Sept. pro foris, habent in exitibus. Hinc Salvian. l. 4. ad Eccl. Cathol. Sapientia in exitu canitur; cur non dicit, cani in pueritia, non in juvenute, non in statu rerum incolumium, non in prosperitatibus secundorum? Scilicet quia in his omnibus, quidquid laudatur, incertum est: quandiu enim quis subiectus incertitudini, non potest cum securitate laudari. Co. n. hic. Gloria Patri in fine. Virtus boni operis perseverantia est S. Greg. hom. 25. in Evang.

Non quaruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male cœpit, sed bene finivit. Jude laudatur exordia, sed finis conditione damnatur. S. Hier. ep. 10. ad Fur. de viduis servanda.

Non tam initia sunt in bonis studiis laudanda, quam finis. Id. in ep. ad Gal. c. 4. Sicut enim in vinea multi usque ad proclum vix gradus sunt; & primum necesse est, ut vitis gemmet in pampinis, spem promittat in floribus, dehinc ut flore decusso, futuri botri species desormetur, paulatimque rursuscens uva parturiat; ut pressa torcularibus, dulcia mella defudet. Ita & in doctrina singuli beatitudinum sunt profectus; ut audiat quis verbum Dei, ut concipiat, ut in utero animæ ejus adolescat, & ad partum usque perveniat; ut, cum pepererit illum, lacte enutriat; & per infantiam, pueritiam, adolescentiam, juvenutem, ad perfectum virum usque deducat. Idem ibi.

Tolle perseverantiam; nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. S. Bern. ep. 119. Lauda navigantis felicitatem; sed cum venerit ad portum, S. Bern. l. de Pals. Dom. c. 14.

Signum sapientiæ est, perseveranter complere. Nam non reputaretur sapiens, qui tempore Indulgentiarum iret. Romanum cum magno labore, & periculis pro Indulgentiis lucrans; & quando esset juxta portam Romæ, rediret absque hoc, quod non viderit Sanctuarium; nec intraret Romam; cum tot expensis fecerit, & nullam Indulgentiam lucratus fuerit: quia non datur nisi intrantibus. S. Vinc. Ferr. de S. Thom. Aquin.

Motivum III.

Sola Constantia coronatur.

Illo verò retrahente manum egressus est alter. Gen. 38. 29. Qui partim egressus, proemio caruit, quia iterum retractus: qui verò prodit totus, præcessit, quantumvis initio victus: quia corona non debebatur incipienti, sed orto. Zara misit manum, sed lassatus cessit gloriæ, & retractam dexteram dicit ignavus; non gloriæ de felicitate, antequam pervenit ad metam. Ille meretur laudem, qui virtutis cursum perfecit, non qui alacriter coepit. Foris non vocatur, qui ipsa fecunditate sepelitur; necesse est undas in processu augere, si fluvii nomen fons exambit. Naxera in Jos. 11. §. 40.

Postquam omnia perficere sunt, operuit nubes tabernaculum Tabernaculi. Ex. 40. 31. 32. Constantia laude digna & a Deo benedicta. De Castillo. Ill. v. 14. Similiter factum est, 3. Reg. 9. 1. cum perficere Salomon aedificium, Cur gloria Domini non implet tabernaculum, cum inchoatur? Vel cur Salomoni non apparet, cum opus tantis impensis struitur? Ostendit Dominus, quantum ei placeat boni operis consummatio; ut sine ea non censetur opus dignum divina presentia. Sylv. in Apoc. 3. v. 5.

Adverte, Matth. 20. 8. operarios usque ad vesperam in opere perseverasse; sed mercedem recepisse; perseverantiam commendat parabola. Barrad. D. Sept.

Jam vriduo sustinet me. Marci 8. 2. S. Ambr. l. 6. in Luc. gratia coelestis Christus impartitur alimentum; sed, quibus impatientiatur, adverte, Non otiosus, non in civitate, quasi in Synagoga, vel sæculi dignitate, residentibus, sed inter deserta Christi querentibus. Barrad. l. 2. l. 10. c. 11. hic.

Vni essis, qui permanistis mecum. & ego dispono vobis. Luc. 22. 28. 29.

Cæcæ Philippæ mulier illa fuit, quæ sanguinis fluxu laborans a Christo sanata. Hac præ foribus domus suæ ad fontem quemdam sub dio duas ex ære fuso crexit statuas; quarum altera mulieris ipsius genibus flexis; altera ex adverso collocata viri statui, dexteram mulieri porrigit vasa. Ad hujus pedes ex basi herba quedam enascabatur nova, & specie cunctis medicis ignota; quæ, cum ab ære illius diploidis fimbriam excrevisset, eamque summo vertice tetigisset, presentissimas inde accipiebat vires, ad omnis generis agnitudines pellendas: nihil tamen virium generis, siantequam ære fimbriæ summitatem crescendo attingeret, decerperetur. Nieremb. l. de mir. nat. terræ promissæ c. 16.

Motivum IV.

Constantia DEO grata.

Et suscitabo tibi sacerdotem sibi, qui iuxta cor meum, & aviam meam faciet. 1. Reg. 2. 35. Cur de Samuele jam ministrante Domino non dicitur, qui facit, sed qui faciet? Deus aedo duraturæ robur sanctimoniam amplexatur, ut præca minus affluet florentem. Oliva l. 4. Strom. §. Et anima mea illi vivet.

Esti tanquam lignum. Cant. 1. 3. Et cur non adulta jam poma memoras? an fructus non ediderat lignum tam fertile? absit. Exundat semper in iustio poma. Verum plus Dominus perseverantia futuræ, quam exuberantia florentis virtutis, oblectatur, mavulque laudare in eo non casurum solum, quam maturum, sapidumque, jam ponum. Id. ibi.

Et anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi. Psal. 21. 31. Cur non ais, anima mea illi vivit? Quod Dominus gratior sibi testetur quodammodo esse futuram perfectionem nostram, quam presentis temporis. Aedo oblectatur corde de

perseverantia futura generosè moliente; ut præ ea, quam paritur virtutem, penè negligat, quam peperit. Id. ibi.

Iustus ut palma florebit. Ps. 92. 13. Si iustus jam est, cur non dicitur jam florere ut palma? Grator est, quod flores editurus præciatur, quam quod florere spectetur. Ideò non juvenutis fervore, qui enitet maxime, sed senectutis laudatur ubertas. Idem ibidem.

Mans surgamus ad vineas; videamus, si floruit vinea. Cant. 7. 12. Hoc enim sponso gratissimum, si mentem spectet grandia molientem. Sicut Paulus fecit: Philipp. 3. 13. qui prateritorum facinorum oblitus, in anteriora se extendebat, seipso major fieri quotidie satagens. Hanc puto ob causam, Davidem maluisse futuræ designare gemmas Iustorum, quam decora jam maturæ delibare: erit tanquam lignum. Cant. 1. Id. ibi.

Sedebit, & Th. 3. 28. Si levavit super se, quomodo jam non solitarius sedet, & silet? Quòd si sedet, cur Jeremias ait, sedebit Maluit futuram, quam presentem commendare cordis tranquillitatem quòd sciret, & majoris esse pretii, & Deo longè gratiore. Id. ibi.

Simile est regnum calorum grano sapis. Matth. 13. 31. non quod in arborem jam excrevit, sed quod granum est. Chastor est proceritas eruptura, quam quæ jam erupit. Id. ibi.

Motivum V.

Exempla.

D E U S.

Non est Deus quasi homo, ut mentiaris; nec filius hominis, ut mutetur. Num. 28. 19.

Audi Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est. Deut. 6. 4. Et tu ergo, ad similitudinem Domini, unus esto, atque idem. Non hodie sobrius, cras ebriosus; hodie pacificus, crastina die litigiosus; hodie frugi, crastina die incontens. Sanct. Ambros. ep. 1. ad Justum.

Incipiam, & complebo. 1. Reg. 3. 12. id est, non solum diligens ero in inchoando, sed etiam constans in perficiendo. Mendoza hic.

Ego hodie genui te. Psal. 2. 7. Dicendo hodie, cœternitatem suæ majestatis ostendit: hodie enim apud Deum nullo initio incipit, nullo fine concluditur: non est enim ibi, fuit, neque erit; sed semper manet, semper est. Ex. 3. 14. qui est, misit me ad vos. Cassiod. hic.

Ego Dominus, & non moror. Malach. 3. 6. Fructus, constantia in proposito bonis. Quanti la res non labefacta, & dejecta; mala iocieris, lectio; intemperantia &c. Lessius de perf. div. Immutabilis.

Christus Dominus.

Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ. Gen. 2. 7. Terra Christus in passione. Terra non movetur; & ipse Christus non est motus, quando dixerunt ei: si filius Dei es, descende. Hugo Card. hic.

Dominus ascendit super nubem levem. Il. 19. 1. De primo adventu Christi intelligit S. Cyrill. Hier. Athanas. respondet finis principio; non dimittit bonum in fine, quod in principio apprehendit. Et nubes suscepit eum. Act. 1. 9. a nube virginis in nubem venit, ac per nubem ascendit. Theophyl. Matth. 24. 29. de ultimo judicii die: sol obsecr. videbunt filium hominis venientem in nubibus cali: Sylvest. in Act. 1.

Descendat de cruce. Matth. 27. 42. O superbi Judæi! non attendentes, quoniam majoris virtutis est, patienter in tormentis usque ad finem perseverare, quam de cruce descendere, & ab infirmitate carnis miserabiliter superari. Si enim nullus salvabitur, nisi qui perseverabit usque in finem; quomodo Christus Jesus nomine, & re, salus diceretur, si in cruce patienter usque in finem non perseverasset? S. Bonavent. serm. 1. Dom. infra Oct. Nativ. Dom.

Antequam Abraham fieret, ego sum. Jo. 8. 58. ab æterno scilicet. De Abraham dicit, fieret, quia creatura; de se, sum: quia est, qui est. Ex. 3. 14. Sanct. Augustin. tract. 42. intellige, fieret, ad humanam facturam; sum verò ad divinam pertinere substantiam. Dicendum videtur, ego eram: Deo enim nec est prateritum, nec futurum. O si per constantiam in bono semper dicere possis, ego sum, bonus, qui fui, & ero. Sylvest. in Jo. 8. vers. 58.

Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Jesum. Hebr. 12. 2. Parum prodest coepisse, nisi inceptum consummatur. Diez Sabb. post D. 4. Quadr.

Aliorum Exempla.

Ex Veteri.

Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostra usque in præsens. Genes. 46. 34. hoc autem dicitur; ut habitare possitis in terra Gessen. Abul hoc dicebat Joseph; nō rex eos faceret bellatores, & disjungeret; sciendo tota vita hoc officium tenuisse: quia judicaret eos inhabiles ad aliquid aliud. Nemo senex facile discit artem, cui non studuit puer. Nilimil præsumit, qui inter brachia Domini,

mini, tanquam alter quidam Moyses, cupit suavitur obdormire; cum per omnem vitam suam, Dominum enormibus sceleribus oppugnarit. Did. Nyss. Polit. Coel. p. 2. l. 4. c. 8.

Fuit vir unus. 1. Reg. 1. 1. Non frustra hoc scriptum fuit; nam, ad titulum laudis Helcana respicit; qui videlicet stabilis fuit & immobilis. Ad contra, reprobi, non solum in personis pluribus, vel diverso errore, peccantibus, multi; sunt sed & singulis quicquid eorum, ob multivoluntatis animi motum, multus est. V. Beda hic. Helcana vir unus appellatur: non enim in diversa vagabundus, vel instabilis, ferebatur; sed firmus, atque inconcussus, persistens, vir unus erat. Id. in Job Vir dicitur, quia proposito fortis est; unus, quia amore singularis. Perfectio igitur viri in premio ponitur unitatis: ut qui sæculum potentem despicit, mentem non dividit, sed supereminet, & eantantum suscipit. S. Greg. l. 2. hic.

Edificavit Salomon domum, & consummavit eam. 3. Reg. 6. 8. factus est vir unicus dicitur. Job 1. 5. Olympiod. neque interdum actiones virtutum suscipiebat, aliquando verò prætermitteret; sed iusti vita aedò semper aera: virtutum enim, bonarumque rerum, cessatio, reditus est ad improbitatem. Didac. Nyss. Pol. coel. p. 23. c. 5. Constantia.

Surgam, & circumcivitatem. Cant. 3. 2. Heu misera! jam quòd ibo? quæsi in creaturis, quasi in sanctis; nusquam apparet: neque tamen a querendo desinat, donec inveniam. S. Thom. Vill. conc. in Cant.

Ex Novo.

Joannis Bapt. & aliorum.

Arundinem vento agitatam? Matth. 11. 7. Arundo vento agitata Joannes non erat, quem a status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. S. Greg. hom. 6. in Matth. Non iustis ad hominem arundinis similem; sed ad proceram arborem firmisimam harentem radicibus; quam nulli unquam turbinae a iusta sententia dimovere possunt. Barrad. hic.

Arundinem vento agitam? Matth. 11. 7. Non cessit Joannes magnæ opinioni, etiam jam creditus, quòd esset Christus; non eedit Herodis terrori, quin ab eo argueretur incestus: semper eodem modo se habet, quem fidei constantia fovet. Alumnus virtutis ab utero: semper ipsius servabat censuram; non imaginem ejus colere, sed ipsam in via veritate gerebat. Sim. de Cass. l. 3. hic v. 7.

Ece jam vriduo sustinet me. Marci 8. 2. O felix perseverantia, quæ tantam Domini gratiam consecuta; qui in bono perseverans misericordiam Dei non invenit? Perseveravit Magdalenad tumulum Jo. 20. 1. 16. & invenit Dominum. Perseveravit Chananæa & invenit filium remedium Matth. 15. 22. Perseveravit Sara virum Tobiam triduo in oratione; & post mortem septem virorum nata est virum sanctissimum Tob. 6. 18. Perseveravit amicus pulsans ad ostium; & panes accepti necessarios pro amico. Luc. 11. 8. Marchantius Dom. 6. Pent.

Coepit de Joanne dicere ad turbas. Luc. 7. 24. Laudat Joannem demerentem constantia. Et hoc ideò; ne plebs, quæ antea audivit Joannem testimonium Christo præbentem, & jam questionis ejus formam audivit, in eis, qui videntur ei, putaret Joannem instabilem, & ex levitate ante testatum, nunquam ex ignorantia sciscitatum. Dion. Carth. hic.

Dene inveniat. Luc. 15. 4. Dux parabole querentis ovem, & drachmam; docent constantiam. Paolerti D. 1. Pent.

Maria autem stabat ad monumentum. Jo. 20. 11. Perseverantia est gemma virtutum, & coelestis jamæ regni. Stabat mulier amore attentans ad monumentum plorans; & aliis recedentibus, perseveravit lacrymis perfusa in prece. Quoniam verò ab inquisitione non desistit, meruit invenire, quod quærebat. S. Laur. Jul. l. de casto conub. c. 15.

Ad destinatum persequor. Philipp. 3. 14. Senior ille, in Vitis PP. rogatus, quid perfectionis studio agendum esset? respondit: eum limitari debere canes venaticos! Sicut enim illi leporem velocissimè, totoque conatu, persequuntur; non respectant, quæ in via sunt, aut offeruntur; sed oculis, sensibus & viribus omnibus, etiam per saxa, & vepres, in leporem feruntur; nec quiescunt, donec eum ceperint: ita & virtutis studiosum circa virtutes facere debere. Cornel. hic.

S. I. V.

Varia alia Constantia Motiva.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Gar ancilla Sarai, unde venis? & quò vadis? Gen. 16. 8. Ad unum illa tantum respondit. Cur non dixit, se in Agyptum tendere? Lipom. hic: erubuit confiteri, a domo sancti viri; probataque domine, ad Agyptios rursus redire idololatrias. q. d. pudebat fateri, se a virtute ad vitia; a fide ad infidelitatem, remeare. Judicavit infamiam; ab incepto bono desistere. De Castillo illat. 235.

Ut sint unum, sicut & nos. Jo. 17. 11. Dei Filius, qui hæc, moriturus nunc, loquitur, idcirco nunc moritur, ut ad unum; R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

idest, ad æternitatis stabilitatem homo reformetur. Sanctus Rupert. hic.

Sic enim volu manere. Joan. 21. 22. vult Deus, ut, qui sunt in gratia, perseverent. S. Vinc. Ferr. ser. 4. Dom. 8. Trinit. Qui exiit in gratia Dei dicitur Joannes. Id. ferm. 1. Dom. infra oct. Epiph.

Cœpisse mulorum est; ad culmen pervenisse, paucorum. S. Hier. ep. 28. ad Lucinium.

Nemo Christianus, nisi qui ad finem usque perseveraverit. Tertull. l. de præscript. advers. hæret.

Perseverantia, singularis filia summi Regis, virtutum finis, carumque consummatio. S. Bern. ferm. de viis vite &c.

S. V.

Sententiæ S. Scripturæ paræneticæ.

Univerfa contradictio gentium, templi ædificationem Israelitis non poterat impedire; altera namque manu edificabant; altera gladiis dimicabant. 2. Edith. 4. 17. Multò minori impedimento esse debent malignantium hominum cavillationes solidis, verique, DEI servis; quò minus incepta bona protendant. Diez conc. 2. in festo S. Matthæi.

Quærite Dominum, & confirmamini. Psal. 104. 4. Jubet Propheta, quærite Dominum; nec tempus designat, quò id faciamus. S. Gregor. Nyss. hom. 7. in Eccl. quòd est tempus querendi Dominum? breviter dico, & compendio: Tota vita: in hoc enim solo studii tempus est totum studium. Did. Nyss. ser. 6. D. 5. Quadr.

Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare. Eccl. 9. 10. Hebr. in virtute tua; id est, totis viribus, & toto conatu, operare. Ita S. Cassius Nam Ep. teste S. Greg. 4. dial. c. 16. paulò ante mortem a Deo audivit: Age, quòd agis; operate, quòd operaris; non cesset manus tua, non cesset pes tuus. Natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Cornel. hic.

Ego firmus in via Domini. Eccl. 5. 12. Ex. 32. 8. quaritur Deus Moyse de Hebrais vitulum adorantibus: Retecerunt eisdè de via, quam ostendisti eis. Ezech. 8. 16. dor' a habentes centra templum Domini. Entibi malorum omnium pessimum: nempe terga DEO obvertere; & inceptam pietatis viam deserere. Pinna hic. Ethol. 66.

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Eccl. 11. 22. Hugo. in Christo, qui est locus tuus; vel certe in fide, & charitate. Significat, standum in arrepto proposito servendi DEO; nec a virtute descendendum; & quem semel ingressi sumus laborem, & viam parenti præceptis Dei, nō emittamus. Octavian. hic. Quærite Dominum, dum invenitis peccat. Il. 55. 6. In hac vita Deus est querendus, in hac vita invocandus. Mala incepta derelinquere, & bona opera facere, est Deum quætere. In bono usque in finem perseverare, est Deum, qui est vita æterna, invenire. S. Honorius Augustodun. serm. in capite jejunii.

Aliis salvo fecit. Cant. 27. 42. O superbi Judæi! non attendentes; quoniam majoris virtutis est, patienter in tormentis usque in finem perseverare, quam de cruce descendere, & ab infirmitate carnis miserabiliter superari. Si enim nullus salvabitur, nisi qui perseveraverit usque in finem; quomodo Christus Jesus nomine, & re, salus diceretur, si in cruce patienter usque in finem non perseverasset. S. Bonaventura serm. 1. Dom. infra Oct. Nat. Dom.

Videte vosmetipsos, ne perdati, quòd operati estis; sed ut mercedem plenam accipiat. 2. Jo. 8. Fervor nosster, ut hedera Jonæ, ideo mature crevit: ut quòd seclivus Jonam recreaverit amicitate foliorum, eò durius illum ad mortem vitæ cruciet; in lucis ortu miserum passus occalum. Nimirum gigantes nascuntur, & vivimus pufiones. Meridiam expandimus in auro-rama, noctem meridei inventuri &c. Vide hic Oliv. fufius l. 4. Strom.

Bonum facientes non desinamus. Gal. 6. 9.

S. V. I.

Patrum Paræneses.

Non est molestè resistendum provocantibus, & lacerantibus, sed constantè; placideque, respondendum hoc tantum: nunquam efficies, ut me dimoveas a proposito. S. Justin. M. ep. ad Zenonem, & Serenum, fratres.

Vetus dictum est: assuesce unus esse; ut vita tua quamdam picturam exprimat; eamdem servans semper imaginem, quam accepit. S. Ambr. ep. 82. ante medium.

Adolescens profice: mancipatus Christi servitio; coepisti magna agere, & excellā imitari. Confertur cor tuum, & virtutibus age. Pl. 26. S. Bern. tr. de ordine vite &c.

Quid aliud sonat, nec dimittam illum. Cant. 2. 4. nisi, non mutabo in diversa vultum, & intuitum mentis aliò divertam ab ipso. Gilb. Abb. in Cant. f. 10.

TITULUS. XXXI. CONSUEUDO.

S. I.

Consuetudo bona,

Et puer Nazaranus Dei ab infantia sua, & ex utero matris sua usque ad diem mortis. Judic. 13. 7. Cur mulier affirmat perseverantiam pueri, usque ad mortem, quam Angelus non asseruit? Intellexit sapiens mulier: quod si, qui ex utero matris, & ab infantia; pietatem culturus erat; ab ea non in senectute esset recessurus: quae enim pietas cum lacte fugitur; vel in fene efflorescit. Oliva l. 10. Strom. §. vir Dei venit ad me.

Mors in olla viri DEI, & non potuerunt comedere. 4. Reg. 4. 40. Convivium lautum, ut putabat, suis Discipulis instruxit: Elifazus; sed ubi amarissimas herbas gustarunt, exclamant: Mors in olla est. Nec tamen quaritur ipse Elifazus; nec traicitur coco decepto; & pro dulcibus amaros herbas apponenti. Nimirum dulcescebat ei ex usu amaritudo. Ramirez in ep. 2. v. 9.

Hic, & his similia, secundum Legem Dei puerulus observabat. Tob. 1. 8. Quid ergo mirum Tobiam humanis corporibus, hostiis litandis, constantem fuisse eum scito, pueritiam inter ferebra, araque duxisse. Oliva l. 1. Strom. §. Exurgens Maria abiit in montana.

Flores mei fructus honoris. Eccl. 2. 4. 23. Omnes arbores prius floribus ornantur; & ipsa vitis, cui se similem Sapientia, seu Pietas, dicit. Qualis ergo haec vitis, quae flores suos, fructus vocat? Flos Symbolum floridae juvenutis; fructus naturae aetatis. Quales flores, talis fructus, Pinna hic Ethol. 75.

Bonum est vitis, cum portaverit jugum ad adolescentiam suam. Thir. 3. 27. Onus, quod non ferre voluit juvenis, aegre portabit senex. Idem ibidem.

Joannes mittens duos ex discipulis, ait illi: tuus, qui venturus est, ad alium exproclamat? Matth. 11. 3. Joanni certissimum erat, Christum esse verum Salvatorem; discipuli vero ejus dubitarent, utque errorem suum agnoscerent, cum tali nuntio eos ablegabatur idque ex carcere: cum audisset in vinculis opera Christi. Ibi illos, quis Christus sit, docere sudeat. Cur vero ista in carcere? S. Ambros. l. 1. de S. Jo. Bap. mirari non debemus, quod ab Herode missus in carcerem, clausus Christum suis Discipulis intimaret: cum clausus in utero eundem Dominum gestibus praedicat. Tantes habet consuetudo vires. Did. Nyss. ser. 3. Dominic. 1. Quadrage. §. 4.

Jugum meum siveque est. Matth. 11. 30. Juvenes initio jugum dederunt, & ad ferendum vix adiungunt; affluet ultro colla supponunt. Sic, licet initio, vel taurus indomitus, pietatis jugum excutias, tandem affluet libenter trahes. In novissimis enim iniqua regimini ea, & convertitur tibi in Oblationem. Eccl. 6. 29. Pinna hic Ethol. 75. Si jugum Christi suave est, & onus ejus leve; quomodo ait: Irrate per angustiam portam? Matth. 7. 13. Et regnum caelorum vim patitur. v. 12. R. Quod unum, & idem, est angustum, laboriosum, & grave, incipienti, in perferendo, & spirituale consolationem nondum experto; quod tamen latum, jucundum, & leve est exercitato, proficienti, perfecto, & habituato in bonis. Denique mandata, & consilia, Christi, ex sua natura dulcia sunt, & levia; licet, per comparationem ad nostram fragilitatem, & pronitatem ad malum, difficulter in principio impleantur. Dion. Carth. in Matth. 11.

Intrauit secundum consuetudinem suam in Synagoga. Luc. 4. 16. Numquam defertenda est agendorum consuetudo bonorum; firmat enim naturali quadam potentia morem. Optimum in virtutibus, consuetudine assumpta bonis moribus coalescere. Saxa tamen hostilis est, consuetudine contraria reborari. Sim. Caff. l. 9. c. 10.

Mitte Lazarum etc. Luc. 16. 24. S. Chrysol. l. 122. Abraham etiam a morte hospitalis. Did. Nyss. f. 3. D. 1. Quadr. §. 4.

Domine, ne statuas, etc. Act. 7. 59. Hoc in ipsa caede, & furore lapidationum, praestare nunquam potuisset; nisi multo ante ista animo perciperet, & in tota vita in his cogitationibus versari consuevisset. Ihd. Clarus de S. Steph.

Bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. S. Martinus Braecensis. Ep. in Maximis de morib.

Lignum diu jacens in aqua, non facile, & cum magno fumo, accenditur. Imbutus diu diversis peccatis, contra volentes eum charitate accendere, fumum emittit mormurationis, puncturatum, detractionum. Summa Praedic. Consuetudo.

S. II.

Mala Consuetudo,

Symbola,

Allegoriae, Similitudines,

Ex Veteri.

Disimulante illo (Loth) apprehenderunt manum ejus. Gen. 19. 16. Aquila legit: cunctabat. Quantas moras necit peccator; quem Loth cunctatione sua adumbrat, ut ex ergastulo inolitarum consuetudinum egrediat. Cum ad meliorem frugem admonetur; tergiversatur, cunctatur, differt meliora: ut opus habeat, manu angelica, imo divina; educi. Arcones in Il. 3. Disc. 2.

Surgite, egredimini de loco isto: & visus est eis quasi ludens loqui. Gen. 19. 14. Instantissime conabatur Loth duos illos juvenes, generos suos, secum Sodomis abstrahere; sed mora detenti, concremati fuerunt. Glosa interlin: prava consuetudinis amor eos ligaverat. O quot hodie pertinaces in orbe peccatores! qui, quia ex tot concionibus non corriguntur, inferni ignibus comburentur. Diez Conc. 2. in Com. MM.

Respicens uxorem ejus post se, versa est in statuum salis. Gen. 19. 26. S. Nilus in Ascet. Consuetudo, cujus illa speciem gerit, eos, qui volunt omnino recedere; ad se trahit.

Sepe me cum Patribus meis. Gen. 49. 14. Jacob in Aegypto vita fundus est; sed percipit filii, ne illum in Aegypto sepelirent. In Aegypto, o peccator, mortuus es; non in Aegypto sepeliri. id est, neper consuetudinem in eo haereas. Stella in Pf. 136.

Urgebant Aegyptii populum de terra exire velociter. Ex. 12. 33. De captivitate, durissimo labore, adeo inviti exeunt; ut urgeri, & compelli debeant ire in terram fluentem lacte, & melle. Ipsa consuetudo, & longa habitatio, illis dulcis erat. Applica malae consuetudini. Sylv. addit in Evang. S. Joan. 2. c. 5. q. 2.

Ego audivi vos dicere: Bene nobis erat in Aegypto. Num. 11. 18. Bene in Aegypto? Dominus tenet in rubis spinis, vulneratum laborantis in Aegypto populi imaginem proferentem. Quid Moyfi praefatur?

Vidi afflictionem populi mei in Aegypto; sciens dolorem ejus, descendens, ut liberem eum. Ex. 3. An non ingemiscens filii Israel propter opera vociferati sunt? ascenditque clamor eorum ad operibus ad DEUM? Ex. 2. 23. Quomodo igitur vobis bene erat in Aegypto? addidit textus: post multum vero temporis. Ex. 2. 23. Diuturnitas servitutis nescio quam cecis commoditatem ingesserat. Efcob. mir. Chr. t. 1. Obs. 2. verif. 6. Judei, cum Manna haberent; allium quarebant; & cum libertate fruerentur; recordabantur servitutis, & Aegyptum saepe numero expectabant, propter consuetudinem. Adeo violenta res est! Chrysol. hom. 7. in 1. Cor. Sanct. Bernardus serm. 19. de 11. impedim. poenit. ponit quartum: malitiam malae consuetudinis. Qui facit peccatum, servus est peccati. Joan. 8. 34. Pharaonica haec servitus est; lapis Lazari Joan. 11.

Non poteris servare Dominum. Jos. 24. 19. Dixit Josue populo promittenti aeternam Legum observantiam. Abul. q. 12. Dicit aliquis: quomodo Josue dicit, quod Israeliti non possent servare Dominum, cum ipse supra v. 15. dixerit: quod, etiam totus Israel vellet colere Deos Mesopotamiae, vel Amorrhaeorum; ipse, & domus sua, colerent verum Deum: nam si caeteris erat impossibilis cultus Dei, ei quoque fieret impossibilis. Respondet: proveniebat forte ista difficultas propter assuetudinem ad peccatum: nam assuetudo ad aliquod genus peccati, difficillimum est relinquere illud; eo quod transivit in naturam. Naxera in Jos. 24. §. 39.

Si inclusit hominem, nullus est, qui aperiat. Job 12. 14. S. Greg. l. 11. mor. c. 5. Omnis homo, perid, quod male agit quid sibi aliud, quam conscientia sua carcerem facit: qui, cum, judicante Deo, in malitia suae cecitate relinquitur, quasi intralmetipsum clauditur; ne evadendi locum inveniat, quem invenire minime meretur. Nam sepe nonnulli a pravis actibus exire cupiunt: sed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in mala consuetudinis carcere inclusi, a semetipsis exire non possunt.

Neque inveniet in te lacum latendi clamor meus. Job 16. 19. Non omnis iniquitas clamor dicitur; sed magna, professa, publica. Nam cum adhuc quodammodo veretur, atque cunctatur; & vel timore, vel pudore, reprimitur; nondum dicitur clamor. Cum vero, ingentis cupiditatis impetu, omnia praecceptorum, & Legum, monumenta rumpuntur, & male concepta secreta, eiecit omnibus reprehensionibus, & terroribus, in impudentissimos, atque audacissimos, mores, tanquam in diluvium consuetudinis, conflant; jam clamor vocatur. V. Beda in Job hic.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum etc. Pf. 1. 1. Abire, est malis consiliis ad modicum consentire. Stare, est malis operibus operam dare; sed sedere, est peccatum in consuetudinem ducere. S. Bonav. l. 7. de Apokal. Cathedram, exiffimare Jungam

Titulus XXXI. Consuetudo.

gam in vitio moram oportet; quod maxime nobis cavendum: quoniam in peccatis diuturnitas habitum quandam vix mobilem in animis constituit. Antiquus enim animi morbus, & mali exercitatio longitudine obruta, vix remedium, vel potius nullum, reperit; cum in naturam, ut plerumque videmus, saepe consuetudo vertatur. S. Basilus hic.

Salva me ex oratione. Pf. 21. 22. Leo rapit & raptum fortiter tenet: sic diabolus rapit hominem in consensu, vel operatione; & fortiter tenet in consuetudine. Hugo Card. hic.

Fiat, Pl. 108. 19. id est, fiet ei suum peccatum, ex consuetudine scilicet mala, sicut vestimentum, quo operitur; & sicut Zona, qua semper praerigitur. Dicere possunt illud If. 28. 15. Peregimus fedus cum morte, & cum inferis fecimus pactum. q. d. manus nostras posuimus in manus diaboli; & homagium facientes, nunquam recedendi ab ejus operibus. S. Bernardus t. 1. serm. 21. artic. 1.

Viam iniquitatis amove à me. Pf. 118. 29. S. Ambr. hic: Pulchre viam dixit iniquitatis, non iniquitatem: eo quod non quasi naturalis iniquitas sit in nobis; sed majorum post peccata currentium sit attrita vestigiis.

Filius peccatorum suorum constrinxit. Prov. 5. 22. Filius adjectis funes contexitur, quorum singula facile lacerari possunt: at si multa fila in unum texantur, contritibus ab his vix te expediunt. Funiculus triplex difficillime rumpitur. Efcob. mir. Chr. t. 1. Obs. 1. verif. 5.

In quovis loco ceciderit, ibi erit. Eccl. 11. 3. Solet autem in eam partem cadere, in quam erit inclinatum. Stat in sylva arbor vetustissimis humi fixa radicibus, quom ruitis securi ferit: nutat arbor, & ruitam inclinatio vertice minatur. Peto, in quam partem cadet? profecto in eam, in quam inclinatur. Diez in Circumf. D. conc. 2.

Expoliavi me civitate mea, quomodo induar illa? Cant. 5. 3. Hebr. exoriarvi. Sanct. Bernard. serm. 9. in Cantic. de peccatoribus inveteratis: operi sunt iniquitatis, ut non facile explicare se ab illa possint. Et, ut amplius dicam, quasi euae quadam, sic parva sunt operi consuetudine victiorum; ut illam dedifere, non tam expoliari sit, quam exoriarvi. Efcob. mir. Chr. t. 1. lib. 7. sect. 1.

Non exorauerunt pro peccatis suis virgines gigantes. Eccl. 16. 8. Gigas inveteratus peccator. Hugo Card. hic.

Va, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. If. 5. 18. Peccatum vocat vanitatem: quia, ut ait S. Hier. facientibus peccatum facile textitur; ac adeo inane in se est, ac futile, ut aranea tela. Sed cum inde exire voluerimus, solissimis vinculis necitur. Peccata ergo sunt funes. I. Quia sunt ex his, id est, ex rebis, & voluptatibus vanissimis, & levissimis. II. Quia distorta sunt, ut funes. III. Quia invicem connexa. Semper ligatus, Symbolum peccatoris. Chald. Va, qui incipiunt paulatim peccata augere, ut crescant, & fortia sunt, ut vinculum plantis. Sicut bos, vel equus, dum primum curru jungitur; salit, recalcitrat, jugumque conatur excutere, & manere liber. At ubi jugum subit, equus affluet est, sponte illum subit; imo ex habitu suum adit, mox ut a praefecto solvitur; esto in illo illi sudandum, & gemendum; sit: ita homo initio peccati onus avertatur; at, ubi affluet, sponte illum subit; & quasi in dolore, & gemensuo, ridens; ad illud ex consuetudine procurat. S. Aug. in Pf. 52. Va, qui trahunt peccatum suum, sicut remem longam I. Quid est aliud, quam vix his, quorum manus connectum iniquitatem? Sed non vis modo disrumpi vincula tua, quia non sentis vincula tua; etiam delectat te, & voluptati fur. Senties in fine, cum dicitur: ligate illi manus, & pedes. Corn. in If. c. 5. v. 18.

Humiliata es usque ad inferos. If. 57. 9. id est, usque ad profundum peccatorum. S. Thom. hic.

Si mutare potest thesyp: pellem suam. Jer. 13. 23. Et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum? Nequam est nato eorum, & naturalis malitia ipsorum; & quomodo non poterat mutari cogitatio illorum in pepernum. Sap. 12. 10.

Vestium fecit pellem meam, & carnem meam. Thren. 3. 4. Sunt enim quidam, velut pelles vetustae: in quibus, pro nimia vetustate, & putredine, non potest durare, nec tenere, aliqua futura poenitentia. Contritio enim est, quasi acus pungens, si filium vero, quod introducit per hanc aciem, & resarcit dissoluta, sunt vincula satisfactorum, quae injunguntur a sacerdote. Sed in illis, qui ita inveterati sunt per pravam consuetudinem, non potest tenere ista sutura. Hugo Card. in Pf. 17.

Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. 3. 53. In lapsu notatur delectatio, in lacu consuetudo, in lapide obstinatio. Hugo Card. in Pf. 12.

Nabuchodonosori duae visiones obiectae. Vidit statuum magnam ex auro. &c. Dan. 2. 34. Levi tamen tactu lapilli tora corruit, & perit. Videt etiam arborem magnam. Dan. 4. 10. Et ecce vigili clamavit: succidite arborem etc. Tam statua, quam arbor, significat Nabuchodonosorem; ut interpretatur Hier. Rupert. Beda, &c. Cur ergo ad profertendam statuum lapidis jacus sufficit ad arborem detruendam tam fortia media adhibentur? Statua tantum superficialiter tangebat terram; at arbor radicibus pro-

funde inharebat terrae: ut inde d'fca, quod si peccator leviter sit in peccatis, facile unius vocis jactu inde movetur; at vero, si sit in inveterata consuetudine, multo fortiora media requiruntur. Sylv. addit. in Evang. Matth. 9. q. 8.

Abiit vestimentum suum à se. Jon. 3. 6. id est, peccati consuetudinem. Zach. 3. 4. Auferite vestimenta orinda ab eo. Er exit ad eum: ecce abfult à te iniquitatem tuam. Sed quidam induunt se consuetudine prava; non sicut vestimento, quod potest auferri; sed sicut pelle sua, quae vix potest exui. Hugo Card. in Joan. 13.

Ex Novo.

Oblatus est ei demonium habens. Matth. 12. 22. Per demonium istum cecum, & surdum, significatur quivis habitus in vitis; quem demon ducit, quod vult, habens eum captivum ad suam voluntatem; qui verba Dei aere cordis non percipit, nec gratias agit Deo. Dion. Carth. in Matth. hic.

Revertar, in domum meam, unde exivi. Matth. 12. 44. Euthym. Domum suam vocat hominem, à quo excessus est. Ite peccata ad vendentes. Matth. 25. 9. S. Pafchaf. quid est dicitur, ita ad vendentes? nisi quia facere consuevit.

Haeus autem à fratribus. Matth. 25. 33. Mali hadis comparantur: quia haedus semper è malis in deteriora progreditur, quò magis crescit, èo durior, èt què reddidit difficilior; in perfecta vero aetate non potest comedi. Talis est peccator: nam licet initio aliquam habeat cordis teneritudinem; & missam, aut concionem audiens, aliquantum compungatur; nimia tamen peccatorum assiduitate indies durior, & pejor fit. Diez Dom. 4. Epiphani.

Surge, tolle lestrum tuum etc. Luc. 5. 24. Surge dicitur sedenti, jacenti, dormienti: Sedet autem homo per consensum, jacet per operationem, dormit per consuetudinem. Hugo Card. hic.

Plaga impostis. Luc. 10. 30. Pessima sit plaga peccati, quae consuetudine longa infect. Hinc Jeremias ait Jo. 12. in sanabitis frangitur, pessima plaga tua: quia consuetudine longa induit. Et Sapientia dicit Eccl. 10. 11. Lingua prolixior gravat medicum. Sed nihil est, quòd divina potentia omnino non sanetur; si dispositum sanare disposuit. Et post plagam malae consuetudinis pejor plaga infligitur; ut etiam jaculo desperationis plagatus, vitis iterum feriatur. Unde iterum Jerem. 15. 18. ait: quare fessum est dolor meus perpetuus & plaga mea desperabilis renuit curari?

Quia saepe fit, ut assuetus longo tempore vitis, desifficere nolit; magis vero sua exillimatione non possit. Sim. Caff. lib. 8. cap. 38.

Ecce mulier, quae habebat Spiritum infirmitatis, auis decem etc. Luc. 13. 11. In peccatoris inveterati imago. Sunt qui tam assidue ex consuetudine delinquant, ut videantur Spiritum infirmitatis habere. Erimposae illi manus, ibi. Vidi saepe viros, aut feminas, diu voluptatibus indulgentes, non recedentes ab improbitate, nisi DEI manu fortiter flagellante. Efcob. mir. Chr. t. 1. Obs. 1. Cur haec mulier non vocavit Christum, & non quavisit à medico sanitatem? sicut Chananaea, corci in via, & leprosi, & multi alii? quia infirmitas inveterata despicit medicum. Mulier haec in terram respiciens figura peccatoris inveterati. Stella hic. Vehor in omnem hominem peccatorem, quem Sathanas diuturnitate temporis possedit, multiplicatione criminum, magnitudine scelum, jure praescriptionis. Aggravat hominum culpas, temporis longavitas in peccato. Populus meus obtutus est mei diebus innumeris. Jer. 2. 32. Nemo Dei obliviscitur, nisi amove proprio delectatus. Sed hoc gravius, quòd diebus innumeris. Sim. Caff. l. 5. c. 27. v. 5.

Erat autem quidam homo ibi 38. annos habens in infirmitate sua. Jo. 5. 5. Hic miraculo speciali curatus fuit: media enim extraordinaria requiruntur, ut inveteratus peccator convertatur. Efcob. mir. Chr. t. 1. Jo. 5. v. 5. Obs. 1.

Lex avus amicus noster dormit; sed vobis, ut à somno excitemur. Joan. 11. 11. Cui Discipuli: Si dormit; saluus erit; nec est timendum. Tunc Christus apertius loquitur: Lazarus mortuus est: eam ad eum. Nota Christus, cum dixit dormire Lazarum; dixit vado; cum vero mortuum, eam ad eum. Ostendit discrimen peccatoris dormientis à mortuo. Qui veluti dormiens peccavit, facile excitatur; & convertitur; at qui mortuus jacet, jam contumax est; qui consenuit in sceleribus, difficillime in vitam gratiae revocatur. Did. Nyss. D. 11. Pent. §. 4.

Lapis superpositus etc. Jo. 11. 38. Spelunca est ip'sum peccatum; quod est profundum per desperationem vel culpae magnitudinem angustum, per conscientia remorsum; fœditum, per pravi exempli corruptionem: clausum per consuetudinem, & obfirmatum per excitationem. Thir. 3. 61. Lapsa est in lacum vita mea posuerunt lapidem super me. Hugo Card. in Jo. hic.

Quadragesimus est. Jo. 11. 39. Liberat & de mala consuetudine Dominus quadragesimo mortuus. S. Aug. f. 44. de Verb. Dom. Est genus mortis immane; mala consuetudo appellatur. Aliud est